Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26934
Copyright: Admont, Benediktinerstift

successoribus nostris. aderunt consilio et auxilio et fauore. ad hoc
ad vnusquisque feoda, que nobis et Ecclesie nostre vacant, et que deinceps
in dictis terris per mortem cuiuscunque, et in aliis terris, per mortem pone
pu, comitum nobilium, ministerialium, vel aliarum personarum, cuiuscunque
conditionis, aut status constiterit, vacare inceperit, et nos et Ecclesia nostra
plene et integriter assequamur. Similiter in feodis illis, que nobis
et Ecclesie per scaruta, siue traditiones Imperiales, et Regales, aut
per sententias iudiciarias, vel per modum alium debitum et consuetum
vacare ceperit, vel ceperint in futurum, nobis et nostre Ecclesie acquirendis,
dictum dominum nostrum Regem, liberos suos, ac successores suos predecessores
aduitores habebimus et iuriles promotores. In quorum feodorum iuribus et
libertatibus conseruandis, ipse dominus Rex. filius, et successores sui in
terris predictis, pro parte Ecclesie nostre defensores esse tenebuntur pro et
tutores. Acta sunt hec, presentibus viris, et dominis venabilibus. pe.
patriarcha Aquil. Jo. Curien. Episcopo. Brixin. Imperiali aule Cancellario.
Egnone. Cor. domino Rege personaliter. viris quidem illustribus et spectabili
bus, domino Alberto Duce Saxonie. F. Burchgrauio de Nurenberch.
Alb. Comite de Chatzenellpogen. Vlrico de Tovfers. et aliis
quamplurimis. In predictorum omnium testimonium, et perpetui roboris firmitatem,
presentes litteras sigilli nostri munimine roborari. Nos quoque Haimr
Prepositus, Emicho Decanus, totumque Capitulum Salzburgensis Ecclesie, in
signum ratihabitionis omnium premissorum, et plenum consensum nostrum
qui ad predicta accessit, sigillum Capituli nostri presentibus duximus appo
nendum. Dat. apud Salzburch. Anno domini. M. CC. LXX nono.
XV. Kal. Octobris.